



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

23. Decet Romanum &c. Confirmatio & ampliatio Decretorum  
Congregationis reformationis Tribunalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)



ta dies diversis exercitiis spiritualibus alternativè, nempe orationibus, mortificationibus corporis, flagellationibus, seu disciplinis, & aliis in memoriam quadraginta dierum, quibus Dominus Noster Jesus Christus in deserto fuit, magnâ cum devotione & silentio vacant.

§. 2. Nos igitur devotionem hujusmodi celestibus Ecclesiæ thesauris, dispositioni Nostræ à Domino commissis confovere volentes, ac supplicationibus ejusdem Antonii Magistri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis, tam Fratribus, quàm Monialibus dicti Ordinis, qui per dictos quadraginta dies piis hujusmodi exercitiis semel quotannis se dederint, quâ vice id egerint, easdem Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac penitentiarum relaxationes, quas fel. rec. Paulus PP. V. Prædecessor Noster Fratribus, & Monialibus prædictis, & aliorum Ordinum, qui per spatium decem dierum spiritualibus exercitiis incumbunt, concessit, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus.

§. 3. Non obstant. Nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ, de non concedendis Indulgentiis, ad instar, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque, Præsentibus ad septennium tantum valituris.

§. 4. Volumus autem, quod si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium, aliquid, vel minimum detur, aut spontè oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint, quòdque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Junii 1689. Pontificatus Nostri decimotertio.

J. F. ALBANUS.

Decretum Generale.

Cùm Sabbato sancto proximè futuro occurrat festum Annunciationis B. M. V. dubitatum fuit, an debeant celebrari Missæ privaræ, ad effectum, ut Christi fideles commodè satisfacere possint præcepto audiendi Missam; Et Sacrorum Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Colloredi, re maturè perpensâ, censuit prædictum festum Annunciationis, una cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus in Ecclesiâ universali transferri debere ad feriam secundam post Dominicam in Albis, protractis omnibus aliis festis, quæ non sint altioris ritus, ad aliam diem juxtâ rubricas Breviarii Romani. Celebrationem quoque Missarum dictâ die Sabbati sancti omninò prohibendam in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis privatis, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, & unicam Missam Conventualem, una cum Officio ejusdem Sabbati sancti celebrandam fore præcepit; Si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. Hac die 11. Februarii 1690.

Et factò de prædictis per me Secretarium verbo cum Sanctissimo. Sanctitas Sua benignè annuit, sensum Sacræ Congregationis approbavit: ac præsens Decretum edi, & imprimi mandavit. Hac die 12. Februarii 1690.

A. CARDINAL, CYBO.  
Locus † Sigilli.

XXIII.

Confirmatio & ampliatio Decretorum Congregationis reformationis Tribunalium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exorditur à Romani Pontificis

Decet Romanum Pontificem, ut sicut ex impositæ sibi divinitus Apostolicæ servitutis Of-

ficio totius Domini gregis utilitatibus indefinenter incumbit, ita Almæ Urbis, ac in ea litigantium, nec non suorum, & Apostolicæ Sedis etiam quoad temporalia subditorum commodis circa ea præsertim, quæ meliorem, ac celeriore justitiæ administrationem, refectis superfluis circuitibus, sublati subterfugiis, reformatisque litigantium expensis concernunt, sollicitis studiis intendat, ut si quæ per suos Prædecessores pro felici Reipublicæ statu providè sancita lapsu temporis in desertudinem abiisse, visâ, seu deformata, vel depravata fuerint, congruæ declarationis, seu reformationis ope, pristino nitore, ac vigori resituantur; Si quæ autem de novo emerferint, quæ ut temporum fert conditio, novo auxilio indigere noscantur, opportuna sanctionis, seu provisionis remedio reparentur, & muniantur.

§. 1. Hinc est, quod Nos ab ipso suscepti, meritis licet imparibus, Universalis Ecclesiæ Regiminis primordio felicis recordationis Pauli Papæ Quinti Prædecessoris Nostri super Reformatione Tribunalium Urbis præfatæ, ejusque Officialium editam Constitutionem inconcusse servari, omnes, qui in contrarium irrepsissent abusus aboleri, opportunaque declarationes, reformationes, & provisiones, quæ ad rectam, magis expeditam, minisque dispendiosam justitiæ administrationem conferrent, exple cupientes, Congregationem Reformationis Tribunalium dictæ Urbis singulis mensibus haberi præcepimus; Factaque Nobis postmodum die 3. Junii 1679. duplici relatione, Decreta ab eadem Congregatione eousque emanata approbavimus, nonnullaque ex illis ad universum statum Nostrum Ecclesiasticum Italiæ extendimus, & ampliavimus: Illaque omnia publicari, ac sub penis in præfata memorati Pauli Prædecessoris Constitutione contentis, nec non aliis, quæ in iisdem Decretis impositæ fuerant, cæterisque Nostro, vel Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio injungendis, in Urbe, & statu præfatis respectivè exactè observari mâdavimus.

§. 2. Subindè autem supradicta Congregatio, cum de eadem Reformatione seriò agere non destiterit, ac quædam ex memoratis Decretis, eaque signanter super subhastationibus edita, rationabilibus ex causis, ac experientiâ ita suadente delenda, seu revocanda: alia similiter declaranda, seu reformanda: nonnulla demùm etiam addenda censuerit, post novum multiplex, & exactum examen Decreta hujusmodi in sequentem formam redegit, videlicet.

De Capitolio, ejusque Officialibus.

Pluries examinatâ directione fori, seu Tribunalis Capitolini, & quomodo occutrendum sit aliquibus inconvenientibus, quæ circa mentem, & sensum statuentium, & calumniorum malitiâ irrepsisse videntur, deventum est ad sequentes resolutiones, & provisiones.

Primò, ut in causis in quibus ex dispositione Statutorum omninò tollitur, ac denegatur appellatio, sive quod illa respectivè conceditur ad solum effectum devolutivum, non autem suspensivum, vel non nisi factò deposito, sive sub aliâ forma per eadem Statuta præscriptâ, & demandatâ, Senator, quando non judicavit tanquam Judex primæ instantiæ, tanquam Caput Tribunalis, & cui per Statutum commissum, ac injunctum est, ut observet, atque ab illis observari faciat Statuta, & jura communia, gerat omnes illas partes, quas in Tribunali Auditoris Camerae, aliisque Tribunalibus appellationum, & ulterioris instantiæ post primam gerit D. Cardinalis Signaturæ Justitiæ Præfectus in recognoscendo, & declarando: An per Judicem appellationis admitti, vel respectivè rejici debuerit appellatio, sive an iste moderari, vel respectivè reintegrare debeat suam inhibitionem, aliaque similia peragere eo modo, quo per dictum Cardinalem Præfectum Signaturæ Justitiæ practicatur. Ubi verò partes, vel earum altera judicio Senatoris non acquiescant, tunc Assettamentum gerat, ac impleat illas partes su-

circâ Reformationem Tribunalium Urbis Romæ & S. Sedis quoad temporalia subditorum officio.

Congregationem eum in finem à se institutâ ejusque Decreta confirmata & ampliata commemorat.

Quæ certis ex causis insequentem novâ formam redacta.

De partibus quas Senator & Assettamentum circa appellationes gerere debeat.



1689.

1689.

per præmissis, quas gerit, & implet plena Signatura Justitiæ. In illis vero casibus, in quibus Senator judicavit tanquam Judex primæ instantiæ, directè, ac immediatè recurri debeat ad Assettamentum, quod super præmissis provideat, ac rescribat, ad tollendos inanes circuitus sequi solitos super electione Consultoris ob Senatoris suspensionem, ut citius, quo fieri potest, negocia terminarentur.

Secundò, ut pro declaratione, seu clariori observantiâ ejus, quod Statuta jam disponunt, votum, seu judicium Assettamenti super præmissis esse debeat novum, & integrum, absque eo quod illud proparatum fuerit in prima instantia: Ideoque in præfatis causis, quæ non sint de sui natura simpliciter ad utrumque effectum appellabiles, Assettamentum in prima instantia nullo pacto se ingerat, suumque votum non præter, etiam si Judex petat, nisi utraque partium consentiat cum renunciatione cuicunque appellationi, vel restitutioni in integrum, & cuicunque alteri recursum, ad eò, ut cupiant partes in eadem prima instantia causæ cum hoc voto finem dare.

Tertiò, licet per Constitutionem Pii IV. disponatur, quod si unum ex Judicibus Curie abesse vel ægrotare contingat, aut suspectum jurari, Assettamentum per alios tres præsentés fieri possit; Attamen, quia dari potest casus, quod impedimentum, vel suspicio verificetur, etiam in aliquo ex tribus, vel quod qualitas causæ exigat, ut Assettamentum sit plenum & non constituitur minori numero quam quatuor; Idcirco Senator ad eorundem Statutorum præscriptum, alium, seu alios in locum illorum, qui impediti sint subrogare poterit, & quatenus partes, vel una earum suspectum habeat Senatorem in hac deputatione, tunc supplebit Auditor Sanctissimi.

Quartò, quod in causis restitutionis in integrum, sive illa petatur incidenter, sive principaliter, pronunciarî non valeat, nec debeat, sed servari debeat id, quod practicatur in Tribunali A. C. aliisque Tribunalibus Urbis, quòd scilicet, ubi agitur de Decretis interlocutoriis, ac aliis à quibus reponi potest, si Judex credit esse locum restitutioni, reponat à Decreto factò in negotio principali; Ubi verò agitur de sententiis non appellabilibus, à quibus reponi non potest, abstineat ab executione, sive infirmet ipsam sententiam in illis casibus in quibus de jure infirmare potest, & è converso, ubi credat, non esse locum restitutioni, procedat ad ulteriora in executione, ad eò ut nunquam detur pronunciatio particularis super ipsa restitutione concedenda, vel respectivè deneganda, sed illa solum sit causa, ut pronuncietur vel provideatur in negotio principali, ne alias sequatur illa magna multiplicatio sententiarum, quæ aliquando sequi consuevit.

Quintò, quod ubi super eadem restitutione tam incidenter, quam principaliter petita, aliquam controversiam oriri contingat tam circa reculationem Judicis, coràm quo petitur, quam circa suspensionem executionis, ac alia (cum restitutio, & appellatio parificentur;) idcirco etiam in isto casu servetur idem, quod supra in casu appellationis provisum est, quòd scilicet detur recursus ad Senatorem eo modo, quo in aliis Tribunalibus datur ad Cardinalem Præfectum Signaturæ Justitiæ, & successivè ad Assettamentum eodem modo, quoad signaturam plenam, ut supra.

Et sextò demum, quod etiam in hoc Tribunali circa nullitates observetur, quod in aliis Tribunalibus dispositum est per reformationem Pauli V. ut non attendantur nullitates nisi sint ex tribus & c. prout etiam disponitur in motu proprio Pii IV.

*De Sportulis, vel Propinis.*

CUM Inter cætera, quæ disponuntur per Constitutionem S. Mem. Pauli V. super Reformatione Tribunalium, illud præsertim enixe præcipiat, ut nullus Judicium Ordinariorum Urbis, & Romanæ Curie cujuscunque dignitatis, etiam speciali notâ dignus in causis civilibus ratione sportularum, seu propinarum aliquid prorsus accipiat etiam à spontè dare

volentibus; in Commissariis autem pariter civilibus, ubi de summâ feutorum viginti quinque agitur & infra, nihil prorsus, à viginti quinque supra usque ad centum inclusivè scuta tria, à centum usque ad quancunque summam scuta decem, & non ultra.

Cum aliqua verò litigantiù querelæ ad aures Sanctissimi pervenerint adversus ejusdem Constitutionis in hac parte inobservantiam; Idcirco de ejus mandato re maturè, ac pluries ex aministratâ decretum, & declaratum fuit, præfatam Constitutionem prohibentem sportulas Judicibus Ordinariis ab omnibus Judicibus, qui non sint verè Commissarii, observari debere juxta universalitatem litterarum, ac verborum, quacunque limitatione, vel interpretatione, sive argumento, aut contrariâ consuetudine sublatis, ac rejectis: Judices verò Ordinarios esse omnes illos, qui sint deputati ad aliquam universalitatem, vel aliquod genus causarum, ad eò ut Commissarii sint solum illi, qui per commissionem specialem deputati sunt ad certas, & particulares causas, istosque teneri pariter observare dictam Constitutionem, ut summam propinarum per eam taxatas nullatenus excedere, atque plus exigere valeant.

Ut autem omnis dubitandi, vel contraveniendi occasio, tollatur censuit Congregatio exprimere, ac recensere, quinam sint Judices Ordinarii Urbis, & Romanæ Curie, iique sunt infra scripti, aliis non exclusis, quatenus adsint; Eis tamen nullatenus præjudicatum censeatur quoad illas sportulas, vel propinas, quæ expressè, ac litteraliter, non autem per argumenta, vel illationes, & interpretationes, aut subauditò intellectus eis deferunt, ac tribuuntur per eandem Constitutionem Pauli V. sive per privilegia, & concessiones Apostolicas particulares, non autem consuetudinem, iique sunt sequentes, cum declaratione, quod per descriptionem non censeatur statutus ordo aliquis, nec alicui præjudicatum.

D. Cardinalis Camerarius, ejusque Auditor, Judices deputati etiam in criminalibus.

D. Cardinalis Vicarius, ejusque Vicegerens, & Locumtenens alique Judices ab eo deputati.

D. D. Cardinales Archipresbyteri trium Basilicarum Patriarchalium eorumque Vicarii & Auditores alique deputati.

D. D. Cardinales Titulares in eorum titulis Urbis, & in sex Episcopatibus Cardinalitibus; eorumque Vicarii, Auditores, & alii deputati.

D. D. Cardinales Protectores Collegiorum, Monasteriorum, Hospitalium, & Locorum Piorum, eorumque Auditores, & alii Judices & deputati.

D. Gubernator Urbis ejusque Locumtenentes, ac Judices civiles, unus, vel plures.

D. Auditor Camera, ejusque Locumtenentes, & Judices deputati.

D. Senator Urbis, ejusque Collaterales, & Capitaneus appellationum, & alii deputati.

D. Thesaurarius Generalis, ejusque Auditor, alique Judices ab eo deputati etiam in criminalibus.

D. D. Præsides & præfati respectivè Viarum, Græciæ, Zecchæ, Riparum, Annonæ, Archivi, & carcerum, eorumque Auditores, alique deputati.

D. Præfectus Sacri Palatii Apostolici, ejusque Auditor, & Locumtenentes, ac alii deputati, tam quoad Palatinos, quam quoad Tusculum, & Arcem Gandulphi, & Villas.

D. Commissarius Armorum, ejusque Auditor, vel alii deputati.

D. Judex, vel Auditor Confidentiarum.

Judex Fabricæ Sancti Petri.

Judex Militum.

Judex Castrî Sancti Angeli.

Judex Triemium seu Maritimæ.

Assessores Ædilium, seu Magistrorum Viarum, Consulium Agriculturæ, Camerarii Riparum, Protomedici, & Consulium Artium, vel Mercatorum, & Dohanarum.

Eâ declaratione adjectâ quod hujusmodi dispositio locum habeat, etiam si dicti Judices, seu deputati

Quæ exactè ab omnibus Judicibus observanda & quinam sint Judices Ordinarii, qui Commissarii.

Illæsi sportulis Judicibus expressè concessis.

Nominati Judices Urbis Ordinarii recenseantur.

Etiã in gradu recursus præ-

Assettamentum in primâ instantiâ nullo modo se ingerat.

Quomodo se gerendum in casu quo unus vel plures ex Curie Judicibus defecerint.

De ratione referendi in causis restitutionis in integrum.

In controversiis circa restitutionem idem quod in casu appellationis servandum

De observandis circa nullitates.

Pauli V. super illis dispositio.

ti pro-



dicta Dispositio locum habet. Deputatio Generalis non facit Commissarium.

Pœna in contravenientes & repetitio solventibus concessa.

In una causa una tantum propinam exigenda.

Taxantur solventia pro originalibus.

Advocatorum, Procuratorum & salaria

Expensæ in causis patrocinatis factæ.

Merces instrumentorum.

ti procedant in gradu recursus, seu in secundis, vel aliis instantis, quæ præfatis Tribunalibus competenter.

Omnesque præfatos, & alios Judices Ordinarios, ad normam ejusdem Constitutionis adhuc esse tales, atque in præfata prohibitione comprehensos esse, quamvis eis Commissio superveniat, vel quod eis injungatur ut procedant de, vel cum voto Rotæ, sive alterius Tribunalis, vel personæ, aut quod procedere profiteantur pro Exequatur Litterarum Apostolicarum, sive in vim cujuscunque deputationis generalis, & quoties non sit expressa, & specialis deputatio, ad certas, & particulares causas, undè dici valeant veri Commissarii, ut supra, salva tamen quoad A. C. dispositione dictæ Constitutionis Pauli V. in titulo de A. C. §. Permittimus tamen.

Atque aliàs quidquid etiam spontè solutum esset, illicitum censeatur. Ideoque tam Judices, quam Notarii recipientes incurrere censeantur in pœnas inflictas per Constitutiones Apostolicas, neque ita solutum veniat sub condemnatione, & taxa expensarum, quinimo, ut eisdem, qui solverunt, competat repetitio tam à Judice, quam à Notario ad eorum electionem, absque eo, quod aliqua consuetudo, in contrarium ullo unquam tempore induci valeat, & quam irritam, cassam, ac reprobam esse decretum, & declaratum fuit.

Quodque illi Judices tam Ordinarii, quam Commissarii, quibus per eandem Constitutionem Pauli V. vel per speciale indultum conceditur, posse exigere sportulas, ut supra, non possint in totâ causâ exigere nisi unicam propinam juxta taxam ut supra, quamvis plures essent personæ in causâ, adeo ut si victoria ambas, vel plures partes tangat, omnes proportionabiliter, & pro ratâ concurrant ad dictam unicam propinam solvendam, neque divisio sententiarum, vel punctorum, eorumque reservatio in hoc quicquam suffragari valeat, adeo ut idem Judex in eadem causâ unicam tantum propinam percipiat.

*De Advocatis, & Procuratoribus, aliisque Causidicis, & Negotiorum gestoribus.*

Ad sublevandum litigantes ab excessivitate expensarum, quas patiuntur in Curia, pro nunc decretum fuit, quod originalia informationum tam juris, quam facti, & tam Advocatorum, quam Procuratorum, aliorumque Curialium, & Defensorum, non debeant excedere scutum unum monetæ, etiam si fuerint plurium foliorum, pro brevioribus vero fiat solutio pro quanti importabunt juxta stylum.

Advocati, Procuratores, & Sollicitatores, & quicunque alii Causidici, & Defensores atque Judicialium, vel alicorum negotiorum gestores pro eorum honorariis, seu salariis etiam conventis non habeant actionem in posterum, nisi pro salario, vel mercede ultimi biennii tam citrà, quam ultra montes, quibus elapsis remaneat præscripta & perempta omnis actio ad agendum, quocunque ordinario, & extraordinario remedio denegato, si contigerit per dictos Advocatos, Procuratores, Sollicitatores, & alios, de quibus supra, fieri expensas in causis ab eisdem patrocinatis, vel negotiis, ut supra ab eis gestis, non possint ab eorum Principalibus illa præterdere ultra summam scutorum quinquaginta, nisi legitime, & sincerè citra omnem suspensionem fraudis, & concussionis constet de recognitione veritatis & debiti in majori summâ factâ de ordine sui Principalis.

*De Notariis.*

Ad tollendas controversias, quæ solent occurrere inter partes, & Notarios super mercede Instrumentorum Tutelæ, vel Curæ cum Inventario tutelari, & fidejussionis præstatione, ac Instrumentorum additionis hæreditatis etiam cum Inventario solemnî, & pro rogitu susceptionis Tutelæ, & obligatione fidejussoris, aut fidejussorum, nec non additionis hæreditatis, & confectiois Inventarii, decretum & declaratum fuit, quod Notarii quorumvis Tribunalium non possint exigere aliam mercedem, nisi ad formam Statuti Urbis lib. 3. cap. 93.

Pro mercede Instrumenti sententiæ Notarii A. C. non possint exigere à partibus, nisi summam Juliorum quindecim juxta taxam præscriptam eisdem Notariis in reformatione fel. mem. Pauli Quinti, etiam si in ipsa sententiâ fuerit concessum mandatum executivum, vel de associando, manutenendo, & immitendo, possint tamen Notarii apponere in Instrumento, si volunt, quod sententiâ deserviat ad probationem, sed non ad executionem quæ fieri non possit, nisi vigore mandati ad partes expediendi, aliàs executio sit nulla.

In examine Testium cum interrogatoriis, tam in criminalibus quam in civilibus in quocunque Tribunali & Curia, quælibet sessio durare debeat spatium duarum horarum, verè & effectivè continuando exercitium, nec aliquid amplius, nec ultra Julios quinque pro qualibet sessione accipiatur ab Interprete, sub prætextu, quod examen fiat extra Officium Notarii.

Item pariter mandatum, & decretum est, quod si contigerit expediiri mandata executiva contra Notarios, illa exequi non possint super Protocolis, & aliis scripturis, sub pœnis partibus nullitatis executionis, & Exequutoribus privationis officii, & aliis arbitrio Judicis.

Et quoniam magna est fides, quæ Notariis præstat, ideoque omnis ratio postulat, ut illi sint viri sufficienti peritia, morum probitate, ac honestis natalibus præditi; Hinc provium, ac decretum est (si Sanctissimo placuerit) ut omnes habentes privilegia, & facultates creandi Notarios, cujuscunque sint status conditionis & dignitatis, quamvis expressâ, & speciali notâ digni, & sive sint personæ singulares, sive Collegia, & Universitates, firmis remanentibus eorum privilegiis, & facultatibus, eo modo, quo competunt, atque hætenus competere consueverunt, non possint in Urbe, & districtu dictæ privilegia, & facultates exercere, atque Notarios creare, nisi prius modo, quo infra legitime eis consulerit, quod illi, qui creandi sunt Notarii, legitimis, honestis natalibus, bonisque moribus præditi sint, adeo ut non sint inquisiti, neque contumaces, ac etiam in ætate saltem annorum viginti quinque constituti. Nec non quod saltem per sex menses continuos, & non interruptos in Urbe apud aliquem ex Notariis publicis Auditoris Camera, vel Rotæ, vel Camera Apostolicæ, seu Vicarii, aut Capitoli verè fuerint versati pro addiscenda praxi, & peritia consiendi Instrumenta, dictoque termino sex mensium completo, cum verb, & effectivo, ac rigoroso examine tenendo coram Decano, vel alio deputato illius Collegii, qui Notarium creare debet, aut coram Auditore Camera, seu Camerario cum interventu duorum Procuratorum de Collegio, ac duorum publicorum Notariorum Urbis habentium Officium proprium, dummodo non sint illi Notarii, apud quos ipsi examinandi versati sint, approbati fuerint tanquam idonei, dictaque approbatio debeat subscribi ab iis, qui ut supra interveniunt in examine, atque aliàs actus habeatur pro invalido, perinde, ac si gestus non esset, illeque aliàs creatus nullatenus pro Notario habeatur, atque tam illi, qui Notarios circa istam formam creaverint, quam ipsi creati pœnas incurant arbitrio Sanctissimi, etiam amissionis privilegii.

*De Curforibus, & Mandatariis, aliisque Exequutoribus, & de citationibus, executionibus, & subastationibus.*

Exortâ differentia inter Curfiores Sanctissimi ex una, & Mandatarios D. Cardinalis Vicarii, omniumque aliorum Tribunalium, & Curiarum Urbis ex altera partibus, super citationibus, & intimacionibus præsertim extrajudicialibus, quæ solent fieri pro propositionibus causarum aliisque actibus in Tribunalibus Rotæ, Camera Apostolicæ, & utriusque Signaturæ, & in Congregationibus Eminentissimorum Cardinalium coram Dominis Præfecto Sacri Palatii, Auditore Sanctissimi, aliisque Judicibus extrâ propria Tribunalia, & Curias eorumdem Mandatariorum prætendentium se illas tanquâ actus extrajudiciales facere, & exequi posse: Congregatio

Taxa Instrumenti sententiæ.

Sessio in examine Testium.

De executione contra Notarios.

De illis, quæ habentibus privilegiis creandi Notarios, circa illorum requirita, obervanda sunt

Mandatariis non licet facere citationes & intimaciones extrajudiciales.

supra-



supradicta utrâque parte pluries auditè declaravit, hoc ipsi non licere, sed etiam quoad istas servandas esse Constitutiones Apostolicas sub penis in eisdem Constitutionibus contentis, aliisque arbitrio ejusdem Congregationis infligendis.

Ad tollendas controversias quomodo procedendum sit tempore Sedis vacantis in processibus contumacialibus conficiendis in Curia, Congregatio declaravit, procedendum esse per edita publica, non autem per contradictas.

Quoniam verò fertur, quod Ministri, & Officiales Civitatum, Oppidorum, & locorum in quibus DD. Clerici, & Commissarii Camerae, ac etiam Domini Cardinales, alique Praelati ratione Episcopatum, vel Abbatiarum, & Commendarum, & Praefectus Sacri Palatii Apostolici exercent jurisdictionem temporalem, ac etiam Ministri, & Officiales Baronum, & Domicellorum, & aliorum quorumcunque de facto, indebitè quandoque praestare audent impedimentum, ne in dictis locis, eorumque territorii exequantur per Cursores, & Mandatarios, aliosque Ministros, & Executores Tribunalium Urbis, & alios, quibus demandatum fuerit, citationes, & mandata, aliaque provisiones Judicum & Tribunalium Romanae Curiae, & praesertim Auditoris Camerae absque eorum licentia, & beneplacito in scriptis, ut vulgo dicitur Exequatur; Idcirco declaratum, & decretum fuit, quod tam citationes verbales, & Personales, vel domi sive in manibus domesticorum, aut per edita, quam etiam mandata quaecunque pariter tam in personis, quam in bonis in quibuscunque causis civilibus, & criminalibus liberè possint fieri, & exequi absque alia licentia, beneplacito, vel Exequatur, aut requisitione Officialium, & Ministrorum loci, neque dictos Officiales & Ministros etiam ipsosmet Cardinales, & Praelatos, & Clericos, & Commissarium Camerae, ac Barones, & Domicellos, & alios quoscunque posse in hoc aliquod directum, vel indirectum impedimentum praestare sub penis contentis in Constitutionibus Apostolicis contra usurpantes jurisdictionem Sedis Apostolicae, vel illam, ejusque liberum exercitium impediendes, aut Curiae resistendam facientes, & inadverteenter, ac indebitè requisiti de aliquâ licentia, vel beneplacito nullatenus possint, nec debeant sub eisdem penis apponere Exequatur, vel alias in scriptis apponere manus in ipsis expeditionibus Tribunalium Romanae Curiae.

In ipsâ verò Urbe quando mandata servatis servandis relaxata fuerint contra personas privilegatas, quae neglexerint allegare declinatoriam, & petere opportuno tempore remissionem causae ad proprium, & particularem Judicem, pariter illa exequi possint, nullumque Exequatur peti, vel respectivè concedi debeat, ut ita occurratur fraudibus, & inconvenientibus, quae experientia docuit exinde sequi, sibi namque imputent, cur initio, & re integra forum declinare neglexerint.

In subhaftationibus faciendis de bonis stabilibus, vel locis montium etiam censibus in Urbe, assignantur eadem ad valvas domus Judicis, & in platea Bancorum, & extra Urbem in locis solitis per dies quindecim antea, in quibus exprimat distinctè situatio, & qualitas bonorum, & quoad loca montium exprimat eorum species, ac etiam an sint libera, vel vinculata, & quatenus sint vinculata, explicetur qualitas vinculatorum contentorum in Litteris Patentibus, atque in censibus explicetur qualitas debitoris, & fundi censiti, ut ita oblatore melius informetur, atque ad offerendum alliciantur.

In distractionibus judicialibus locorum montium vacabilium, & non vacabilium, ac officiorum vacabilium Romanae Curiae non procedatur, nisi praviâ intimatione vel interpellatione facienda Procuratori seu Exactori fructuum dictorum locorum montium, seu officiorum.

*De variis Provisionibus.*

Ad evitandas controversias, quae quotidie oriri solent inter Tribunalia Romanae Curiae in causis criminalibus propter spontaneas Constitutiones, & moni-

toriae quae ejus vigore expediuntur in vim L. diffamari C. de ingen. & manum. Congregatio mandavit & decrevit, quòd in posterum Actor, seu querelans non possit trahi coram Judice, coram quo fuit facta spontanea Constitutio, & à quo monitorium obtinuit, quando praecedenter fuit porrecta querela coram alio Judice, & ab eo fuit formatus processus sufficiens ad citandum, vel praecesserit citatio ad informandam Curiam.

Ad expellendos ab Urbe delinquentes, decretum, & mandatum fuit, non licere in posterum Judicibus, & Superioribus quorumcunque Tribunalium eisdem condemnatis, & Bannitis concedere salvos conductus, vulgò, non gravetur nuncupatos, sublata eisdem Judicibus, & Superioribus Tribunalium facultate concedendi eisdem salvos conductus, seu non gravetur exiliatis, quando exilium fuerit per sententiam eisdem injunctum in poenam patratu criminis, nisi ad formam Juris ad recolligendum sarcinulas.

Ad tollenda subterfugia quibus nonnulli utuntur ad procrastinandas causas civiles, allegando Judices Romanae Curiae pro suspectis, Congregatio decrevit, quòd in posterum non admittatur allegatio suspitionis in causis, quibus ab allegante fuit informatum in scriptis super meritis, etiam si nullus adfit actus judicialis inducens consensum; Et quòd non admittantur nisi duae recusationes ex causa suspitionis, nec liceat tertio, & respectivè post triduum à die petitionis, seu productionis jurium recusare nisi ex justa causa, prout de jure.

Quoad non gravetur ob praestationum alimentorum per debitores obtentum, & in posterum forsan obtinendum à quibusvis Judicibus, non afficiat, nisi legitime citatos, non autem alios.

Et quoad alimenta praestanda pauperibus carceratis, sublata taxa uniformi unius Julii usque adhuc servata, solvatur arbitrio Sacrae Visitae, & Judicum etiam infra, & supra dictam summam unius Julii, ad meram necessitatem naturae tantum; Et quoad probationem paupertatis, ubi etiam agitur de minori summa scutorum quinquaginta, nihilominus probatio fieri debeat eodem modo, qui praescribitur in reformatione ultra summam scutorum quinquaginta, ita tamen, ut nihil pro tali probatione solvatur, quodque ad praescriptum Constitutionis Pii V. non solvantur per creditores pauperes, minusque praestentur dolosis, vel calumniis debitoribus, qui contra bonam fidem creditores diu defatigarunt cum injustis impedimentis, vel subterfugiis.

Quoad congruam reservandam Clericis Debitoribus recurrentibus ad beneficium Capit. Odoardus, decretum est, ut excedere non debeat summam, quae pro qualitate, & usu loci reputatur sufficiens in beneficio, vel patrimonio, ad cujus titulum sit promotio ad sacros Ordines; Ubi verò agitur de Beneficio residentiali, & servitorio, adeo ut pro decore, & servitio Ecclesiae potius, quam personae aliqua major impensa pro Ecclesiasticis, & sacris Vestibus requiratur, eadem congrua augeri valeat in eo, quo ad dictum effectum necessarium reputabitur.

Quamvis in societatibus officiorum promittantur cautiones, non tamen illarum promissio, vel non implementum suffragentur ad impediendum lucrum, quod alias sequi deberet, perinde, ac si cautiones non fuissent promissae.

In censibus perpetuis quocunque tempore impositis, & imponendis, ad evitandas fraudes, & ne redantur redimibiles pro libito creditorum, non praestatio fidejussionis promissae neque directè, neque indirectè causare possit restitutionem fortis, etiam ad effectum deponendi, nisi agatur de cautione promissa in casu mortis, vel mutationis status.

Fructus dotales per antea taxati per Statutum Urbis ad rationem septem cum dimidio pro centenario à die 3. Junii 1669. sint, & intelligantur reducti in Urbe ad rationem quatuor, extra verò Urbem in districtu ad rationem quinque, non obstante Statuto Urbis, vel alio Statuto, seu consuetudine loci, idque procedat in dotibus quocunque tempore constitutis, seu debitis, & in futurum respectivè constitu-

Constitutionibus & monitoriis in processibus criminalibus.

De non gravetur Exiliatis non concedendo.

De recusationibus ex causa suspitionis

De non gravetur ob praestationem alimentorum.

De taxa alimentorum, pauperibus carceratis praestandorum & paupertatis probatione.

De taxa congrua.

De cautionibus promissis in societatibus officiorum.

De censibus perpetuis.

De taxa fructuum dotalium.

endis,

De modo procedendi in processibus contumacialibus tempore Sedis vacantis.

Ministri & Officiales locorum nulli executionibus impedimentum praestent.

De executione contra personas privilegatas.

Subhaftationes bonorum ubi & qua ratione publicandae.

De modo procedendi in distractionibus locorum montium & officiorum.

Decretum de spontaneis



endis, seu debendis, ita tamen, ut creditoribus, quibus ex quacunque conventionione etiam jurata prohibita erat fortis exactio, adhuc liceat eandem fortem quoad doctes ante diem 3. Junii 1679. constitutas, seu debitas exigere, nisi debitores velint in majori taxa conventionali etiam jurata continuare.

Fructuum societatum officiorum

Et facultatum Cardinalis Camerarii & Praefecti Archiviorum.

Ob defectum Archiviationis causae nec avocandae nec inhibendae

Injunctur Decretorum sequentium de inhibitionibus & non gravetur, obervantia.

De inhibitionibus Agriculturae.

Et earum tempore.

Quod super bonis agriculturam non concernentibus locum non habet.

Notarium circa inhibitiones officium.

Item Judicum & Assessorum.

Communitio poenalis in supradicta non servantes.

Fructus societatum officiorum quocunque tempore contractarum, & in futurum contrahendarum non possint à die 3. Junii 1679. & in posterum excedere octo pro centenario.

Facultates Cardinali Camerario, & Praefecto Archiviorum competentes super sanatione defectus Archiviationis, etiam post acceptatam nullitatem usque ad summam scutorum viginti quinque ( si Sanctissimo placuerit) ad occurrendum calumniis, & subterfugijs, quae ob istam causam praticari solent, extenduntur usque ad summam scutorum mille cum clausulis apponi solitis in sanationum commissionibus Signaturae Gratiae.

Non possint autem à Judicibus coram quibus causae introductae sunt, atque productae, vel repetitae scripturae, quas praetenditur hoc defectu laborare, avocari, vel inhiberi, ne in eis procedatur, sed talis defectus opponatur coram Judice causae tanquam nullitas, vel exceptio ad tollendam fidem.

Et quoniam ad occurrendum calumniis, & subterfugijs debitorum, & reorum super inhibitionibus, & non gravetur, aliisque cautelis S.M. Urbanus Octavus deputavit particularem Congregationem, à qua plura prodierunt decreta & provisiones inferius registranda, decretum, & provisum fuit, quod eadem decreta, & provisiones in aliquibus modificata eo modo, quo proximè infra registrata sunt, servari debeant.

*Decreta S. Congreg. super inhibitionibus, & non gravetur, per Debitores extortis à San. Mem. Urbano VIII. deputata, ab omnibus, & quibuscuque Tribunalibus, & Judicibus Urbis observanda.*

Inhibitiones Agriculturae serentibus hordea, & alia blanda, vel Legumina non concedantur, sed solummodo unicuique serenti saltem rubra octo tritici quolibet Anno.

Et quoad tempora serventur respectu seminū à die prima Octobris usque, per totum mensem Novembris respectu vero mensium, à die prima Junii usque ad diem 15. Augusti tantum juxta Decretum alias emanatum tempore fel. rec. Pauli Papae V.

Quo verò ad personas debitorum, etiamsi aliunde habeant, unde solvant, suffragentur utroque tempore, videlicet messium, & seminum. Super bonis autem quibuscuque ex Agricultura non provenientibus, vel non inservientibus pro Agricultura, executiones fieri possint quocunque tempore etiam messium, & seminum non obstantibus inhibitionibus.

Notarii, per acta quorum conceduntur dictae inhibitiones, teneantur retinere librum examini Testium pro obtinendis inhibitionibus examinandorum, qui Testes debeant esse cogniti Notario, vel saltem duobus Testibus Notario notis; sin minus praestetur juramentum petenti inhibitionem, ac inducenti Testes, quatenus sit praesens: Et rursus teneatur Notarius habere, ac retinere matriculam, in qua describat omnes inhibitiones cum nominibus illorum, quibus conceduntur.

Judices, seu Assessores dum inhibitiones praedictas concedunt, teneantur discutere relevantiam probationum, & non admittant probationes irrelevantes, neque quicquam recipiant pro provisione, & subscriptione inhibitionum.

Nec admittant fidas Comunitatum nisi praevio examine Testium coram superiore Loci servata forma supradicta facta, & de verbo ad verbum inserta societates quoque, venditiones, comuniones, admissiones ad participandum, cessiones, declarationes, & recognitiones similiter non admittant nisi causa cognita.

Inhibitiones supradictas omnibus non servatis partibus obtinentibus nullatenus suffragentur, & Notarii qui illas in posterum concedent, ultra damna, & interesse Partium, prout de jure, subjaceant poenae etiam corporalibus arbitrio Congregationis.

Quoad fidas, quibuscuque solventibus fidam grossam, habentibus tamen requisita necessaria, serventur solitae inhibitiones, omnibus verò aliis fidas, & inhibitiones non suffragentur, nisi respectu rerum fidam concernentium.

Non gravetur, & inhibitiones Eminentissimi Camerarii, & Praefecti Graeciae non suffragentur, nisi quoad personas Lanionum in matricula descriptorum, & res illorum ad Graeciam pertinentes.

Reservata tamen facultate Eminentissimo Domino dictas inhibitiones quocunque revocandi & moderandi.

Salfamentariis autem, & fructuum, piscium, candelarum, & olei venditoribus, vaccinariis omnibusque aliis similibus non concedantur, & concessae non suffragentur.

Possit etiam Graeciae Praefes mandare exequi mandata aliorum Judicum contra personas Lanionum & res graeciam concernentes etiam absque citatione, sed abstineat à cognitione meritorum causae principalis.

Inhibitiones per Eminentissimum Camerarium, & Praefidem Annonae non concedantur nisi piscioribus, seu furnariis, molitoribus, vel molendinariis, quoad eorum personas, res, & bona ad artem pertinentia.

Inhibitiones à Praefide Riparum non concedantur, & concessae non suffragentur, nisi occasione rerum ripalium, & contractuum super rebus ripalibus.

Ac pro personis, belluis, barchis, curribus, & aliis instrumentis actu inservientibus corrigio, & conductio ad Urbem tam per flumen, quam per terram.

Ac in illarum concessione serventur superius disposita circa inhibitiones Agriculturae.

Praefes Carcerum non concedat inhibitiones & non gravetur, debitoribus nondum carceratis vigore memorialium, nisi in illis adfit specialis ordo Sanctissimi.

Non decernantur, neque fiant ab aliquo Judice executiones super belluis inservientibus pro confectioe pulveris, & salnitri, vel caldarii, aut aliis instrumentis nisi pro debitis particularibus Appaluis, vel Ministrorum juxta formam Bannimentorum.

Inhibitiones ad favorem Textorum artis Lanae in posterum non concedantur, nisi de ordine Eminentissimi.

Inhibitiones Venerabilis Fabricae Principis Apostolorum Procuratoribus, Notario, Ministris, Operariis, & quibuscuque aliis in posterum non concedantur, & hucusque concessae nullo modo suffragentur, nisi pro rebus eandem Fabricam concernentibus.

Eminentissimi Cardinales Archiepiscopi Sancti Joannis Lateranensis, Sancti Petri, & Sanctae Mariae Majoris non concedant inhibitiones generales, seu particulares, tantummodo citata Parte, & juxta terminos privilegiorum Apostolicorum dumtaxat, & alias concessae non serventur, & liberè eis non obstantibus fiat executio.

Emphyteutae, Inquilini, Coloni, Affictuarii, & Conductores non gaudeant privilegijs supradictis, nisi quando agitur de interesse Ecclesiae, & Ecclesia est in causa.

Inhibitiones Hospitalis Sancti Sixti Neophytorum, & Catechumenorum, Annuntiatae Sancti Marcelli, Orphanorum Sanctissimae Trinitatis, Sancti Hieronymi Charitatis, & quorumcuque Locorum Piorum, etiam sub protectione Eminentissimorum Cardinalium non dentur, nisi parte citata, & quando agitur de rebus, vel interesse dictorum Locorum Piorum, & ad favorem Ministrorum actu, & mercede illis inservientium.

Ad instantiam Locorum adium ne fiat aliqua executio super bonis à conductore inventis.

Ad instantiam Patris ne fiat executio pro debitis filii super bonis in domo communi habitata existentibus. Item ne fiat super pallio, quod filius gestat.

Ad instantiam Domini Domus, vel Conductoris ne fiat executio in Domo sua, vel ab eo conducta pro debito cuiusvis Personae etiam cohabitantis.

Vigore Testium examinatorum, quibus in actis

Fidarum solutio quoulsue suffragetur

De inhibitionibus Praefecti Graeciae.

Praefecti Annonae.

Praefecti Riparum.

Praefecti Carcerum.

Certae quaedam res ab Executionibus eximuntur.

De Inhibitionibus ad favorem textorum lanae.

Ministrorum & Operariorum Fabricae Principis Apostolorum.

Quoniam Inhibitiones S. Joannis Lateran. S. Petri & S. Mariae Maj. Archiepiscopi co-cedere possunt.

Quoniam extra Ecclesiam interesse supradictis privilegijs non gaudeant.

Inhibitiones Locorum Piorum quando concedenda.

Eximuntur ab executione bona à Conductore in aedibus inventa.

Bona filii in domo communi existentia. Locus propria vel conducta.

quis



De Executionibus contra filias familias.

quis probaverit talia bona esse instantis, ad impediendas executiones cujusvis alterius.

Ad instantiam filii familias ad impediendas executiones contra eum relaxatas, vel relaxandas sub prætextu statuti annullantis contractus filiorum familias.

Eximuntur Bona in Domo à viro conjunctim cum Uxore habitata existentia.

Ad instantiam viri, ne fiat executio super bonis in Domo per eum conjunctim cum uxore habitata existentem, vigore mandatorum contra uxorem relaxatorum.

Vigore statuti pro mulieribus obligatis absque decreto, & solemnitatibus.

Inhibitio Dotalis propter hypothecam Uxoris in bonis viri, nisi expresso Notario, die, & anno, quo Instrumentum Dotis fuit rogatum.

Ad instantiam venditoris vigore reservationis domini super re vendita, ne in ea fiat executio pro debito emptoris, aut alio quopiam.

Ad instantiam Commodantis, ne fiat executio super recommodata pro debito Commodatarii.

Vigore captæ possessionis de Judicis mandatione nealter audeat ejusdem rei possessionem capere, nisi citato eo, qui fuit à Juce vel immisus, vel manutentus, vel ex quacunque causa associatus.

Adversus mandata suspitionis fugæ, nisi parte citata petens inhibitionem probaverit se possidere in Urbe, vel districtu bona stabilia, vel mobilia quæ de facili emoveri non possunt, vel saltem dederit cautionem de non discedendo donec parte citata probaverit se possidere, ut supra.

Adversus mandata suspitionis fugæ stante cautione in actis præstita de stando jure, nisi tantum pro summa contenta in cautione, & adversus creditorem nominatum.

Non graveur gratiosum, vel ad effectum concordandi, vel aliquando iterum audiendi, vel aliis de causis, nisi semel tantum, & pro quinque diebus ad summum.

Inhibitiones generales quibuscunque personis etiam privilegiatis, per quoscunque Judices in posterum non dentur, sed tantum speciales vigore reservationum, & appellationum in forma.

Cæterum inhibitiones datæ contra formam præsentium Decretorum non afficiant, & illis non obstantibus facta executio valeat.

Reservatâ, & semper remanente Eminentissimo Præfecto facultate, & auctoritate omnes, & singulas supradictas, & quascunque alias inhibitiones, & non graveur, à quocunque Juce, & ex quacunque causa, & capite, tam in præsentibus expressis, quam non expressis pro ejus arbitrio, & libito voluntatis revocandi, & moderandi, & illis non obstantibus quæcunque exequantur, seu executiones sibi bene vias concedendi.

Nec non omnes & quoscunque Judices, Notarios, & Executores, ac alias qualvis personas supradicta Decreta non observantes, vel illis quomodolibet, & qualitercunque directè, vel indirectè sub quovis prætextu, vel quæsto colore contravenientes & contrafacientes corrigendi, multandi, ac quibuscunque pænis, etiam corporalibus ejus arbitrio infligendis, & moderandis manu regia plectendi, & puniendi.

§. 3. Porro cum ex relatione nuper nobis facta, nonnulla ex hujusmodi Decretis ejusdem Nostri status Ecclesiastici Italiæ felici regimini, ejusdemque etiam quoad temporalia subditorum commodis conferre compertum habuerimus, ad eundem statum sequentia ampliare, & extendere decrevimus, prout ampliamus & extendimus, nimirum.

Primò, Decretum super libertate executionum, & citationum, contentum sub titulo de Curforibus, & Mandatariis, aliisque Exequutoribus.

Secundò, Decreta relata sub titulo de Advocatis, & Procuratoribus.

Tertiò, Decretum sub titulo de Notariis super forma creandi Notarios cum declaratione: Quod ea, quæ circa praxim, & examen in Urbe inibi statuuntur in Legationibus Bononiæ, Ferrariæ, Ae-

miliæ, seu Romandiolæ, & Urbini, ac etiam in Provincia, seu Gubernio Marchiæ, seu Maceratæ, explentur in ipsa Civitate Metropoli, seu Residentiali Cardinalis Legati, & Gubernatoris respectivè, ibique habeatur examen coram ipso Legato vel Gubernatore, seu alio per eum deputando, & coram duobus probatis Curialibus, totidemque probatis Notariis ab eodem Legato, vel Gubernatore pariter deputandis, adeo ut in reliquis eadem forma servetur.

Quartò, Decreta contenta sub titulo de variis provisionibus. Ita tamen respectu, ut fructus Dotales, quinque; fructus vero Societatum Officiorum novem pro centenario in dicto nostro statu ex nunc in posterum non possint excedere.

§. 4. Nunc vero omnia, & singula Decreta præinserta, tali tantaque maturitate digesta, ac sicut præmittitur immutata, declarata, & aucta, nec non à Nobis extensa, & ampliata, nullatenus attentò eorundem decretorum aliàs oretenus approbatorum, jussuque Nostro publicatorum, ut præfertur, ac etiam impressorum aequaliter diverso tenore, perpetuò, inviolabiliterque observari, & Constitutionis Nostre munimine roborare volentes: Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præinserta decreta, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, necnon illis inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robor, & efficaciam adjicimus; quinimo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula in supradictis Decretis contenta de novo statuimus, & ordinamus, & tam illa, quam præfatam Pauli Prædecessoris in iis, quæ præmissis non adversantur, Constitutionem ab omnibus, & quibuscunque, etiam speciali, & individuâ notâ dignis, eodem modo, quo in memorata Pauli Prædecessoris Constitutione cavetur, cujus tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, nec non sub pænis, quæ in eadem Constitutione, & in præmissis Decretis continentur, cæterisque nostro, vel Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio injungendis, exactissimè perpetuòque servari volumus, sancimus, & mandamus.

§. 6. Decernentes omnia, quæ contra hujusmodi Constitutionis, omniumque, & singulorum in ea contentorum formam, & tenorem decreta, acta, vel quocunque modo, vel tempore gesta fuerint, nulla, invalida, & extorta, nulliusque roboris, efficaciam, vel momenti fore, & ceteri; neminique propterea ullatenus suffragari posse, vel debere, & ita per quoscunque Judices, tam ordinarios, quam legatos quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere; Irritum quoque, & inane quidquid fecus super omnibus & singulis præmissis, vel circa ea à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non legibus, etiam Imperialibus, & Municipalibus, ac dictæ Urbis, & Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Locorum, ac Basilicarum, aliarumque Ecclesiarum, Tribunalium, Collegiorum, Monasteriorum, Societatum, Congregationum, Institutum, Confraternitatum, Hospitalium, & Locorum Piorum quorumcumque, aliisque quibuscunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmi-

Addita restrictio Decretis quibusdam sub tit. De variis provisionibus. Præinserta Decreta Apostolica Auctoritate confirmantur.

Et in eis contenta de novo statuuntur

Anullantur omnia contra eorum tenorem admiffa.

Clausula sublata & Decretum irritans.

Derogatio contrariis.

De Non graveur gratioso.

De non concedendis Inhibitionibus generalibus.

Contra supradicta Decreta concessæ nullæ sunt. Præfecto reservatur facultas quacunque Inhibitiones revocandi, & moderandi.

Pœnasque pro arbitrio contravenientibus infligendi.

Quaedam ex prædictis Decretis ampliatâ.



tate roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, usibus, stylis, etiam in veteratis, & consuetudinibus, quantumvis immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis, etiam derogatoriis derogationis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscunque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac exactissimè, & accuratissimè expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes: illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, expresse, plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque, aut si præfatis personis, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo, ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Præsentium post publicationem obligationem.

Transumptorum fides.

Sanctio poenalis.

D. 28. Junii 1689. P. A. decimo tertio.

§. 8. Volumus autem quod præsentibus, postquam valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non in acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, tam in Romana Curia, quam extrà eam existentes, quorum interest, vel interesse poterit, perinde obligent, & arctent, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatæ fuissent; quòdque illarum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra ubique locorum adhibeatur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Confirmationis, approbationis, reformationis, statuti, Decreti, ordinationis, mandati, extensionis, ampliationis, voluntatis, derogationis, & irritationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo octuagesimo nono: Quarto Kalend. Julii Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

F. Datarus.

J. F. ALBANUS.

Visa de Curia J. Sacripantes.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

ALEXANDER OCTAVUS,  
PONTIFEX CCXLV.  
ANNO DOMINI MDCLXXXIX.

ALEXANDER OCTAVUS,  
Venetus, Petrus Vitus antea dictus

Marci Ottoboni Magni Cancellarii Filius: S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Salvatoris in Lauro, postea S. Marci, ac demum Episcopi Tusculani. Romæ die 6. Octobris an. 1680. summus Pontifex renunciatus; Coronatus die 6. ejusdem mensis. Creavit Cardinales 14. Obiit die 1. Februarii 1691. sepultusque fuit in Basilica Vaticana. Vacavit Sedes mensis quinque, dies duodecim.

Excommunicatio Anniversaria in die Commemorationis Cænæ Dominicæ.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda maxime elucet, Nimirum ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumventionem erroris, sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vitæ societate & communiōne lædant, aut inter se alter alteri offensivem præbeant: sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra, sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatill. Petri successore, à quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ira divinâ gratiâ adjuncte, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quocumque beatitudine perfruantur. Ob quas sane causas Rom. Pontifices Prædecessores nostri, hodierna die, quæ anniversariâ Dominicæ Cænæ commemoratione solemnis est, spirituales Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria justitiæ arma per Ministerium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem & justitiam, Deo auctore tueri, vetustum & solemnem hunc morem sequentes.

Unitas fidei Christianæ. Excommunicatio anniversariæ mortuum.

§. 1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscumque Hussitas, Wiclefistas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Hugenottos, Anabaptistas, Antitrinitarios, & à Christiana Fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos, quocumque nomine censeantur, & cujuscunque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes sine auctoritate nostra, & Sedis Apost. scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore, nec non schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Excommunicantur hæretici & hæreticorum fautores.

§. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, cujuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint; Universitates vero, Collegia, & Capitula quocumque nomine nunciantur

A Romani Pontificis mandatis ad Concilium universale appellantes.

pentur